

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

In Festo Conceptionis B. Mariæ Virginis. De qua natus est Iesus, &c. Matth.

1. De absoluta Dei potentia. 2. De Conceptione originali pura ipsius
Deiparæ. 3. Varijs ea figuris illustrata. 4. ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

illi ad populum & commissum sibi gregem edocendum doctrina sit necessaria, qua in opere charitate complecti, quo lupos à caula & dicecessi arcere labore, qua impios coarguere, virtutem reprimere, & haereses iugulari impunitia debet.

Omnis Beatissime Nicolae, te in Ecclesia Christiani venerantur, in scholis suspicere, à naufragijs in periculo versantibus in mari inuocari; ius quippe habes in Episcopatus, privilegium in scientias, potestatem denique in naufragia. Hanc ob cauſam & nos, vltimis hisce verbis inuitati, in procelloso mundi huius mari modò nauigantes, temp̄statibus ac ventis agitati, naufragij ac mortis in discrimine agentes, magna animi te contentionē inuocamus, auxilium tuum depolcimus, summaq; animi demissione obtestamur, vt tuo sub favore velut benigno quadam ac propitio fidei afflidente, & influxu, alterius vitæ portum feliciter in uchi mereamur; in illo namq; omnis nostra sita est beatitudo, ad quam nos Pater & Filius ac Paracletus Spiritus deducere digneatur. Amen.

IN FESTO CONCEPTIO- NIS B. MARIAE VIRGI- NIS.

Partitio.

- I. De absoluta Dei potentia.
- II. De Conceptione originali pura ipsius Dei patre.
- III. Varijs figuris illustrata.
- IV. Rationib⁹ à sacra Theologia petitio.

*De qua natus est Iesus, qui dicitur Christus,
Matth. I.*

F I G V R A.

3 Reg. 10.

Tertio Regum Iuda libro proditum est, Salomonem Regium quemdam construi iussisse thronum, auro purissimo conuolutum, duodecim nixum in alcensu leonibus, sed solido interius ebore constantem, cui, Scriptura teste, simile opus non vidit orbis. Certissimō nobis persuadeamus oportet, figuram illum

operis illius diuini atque admirabilis, taciti tamē, quod in immaculata Beatissimā Virginis conceptione omnipotens operatus erat, fuisse. Hodie porro figura veritas succedit, hodie Deus ter maximus magnificū erigit thronum, in quo nimis Salomon ille celestis consideret: Virginem inquam charitatis auro penitus & vndique effulgentem, puritatem plenissimam, septem Spiritus sancti donis innixam ac fundatam: cui simile nihil inquam à mortalibus conspectum fuit. O rem admirabilem! ô opus planè stupendū! ô thronum vere incomparabilem! ter millies etiam beatum diem illum, quo arbor illa primum confita est, quæ vitæ est fructum allatura: diem, quo constructa primum egregia illa sapientiae domus, septem nixa columnis: diem, quo exiguum illud sinapeos granum seminatum est, quod deinde excrescens patula futura est arbos, in qua suum volucres cœli, id est, duæ illæ naturæ, humana scilicet ac diuina, nidum component: diem denique, quo filij Dei unigeniti concepta est mater, sed sine vlo peccati nœvo, sine omni macula, sed gratiarum ac mirabilium plenissima: de hoc ipse die pleniū ad vos age re hodierna die decreui, modò cepera nostra Spiritu sancto dirigere placuerit; Virginem ve ro huic precibus cœlesti nobis auxilium implorare, cum eius solius hic agatur honor, res, & gloria. Hunc in finem Angelicam salutarem illi quā pessimum feruentissimè offeramus. *Ave Maria.*

Vniuersa Theologorum schola duplēcē semper in æterno illo & infinito esse, quod vulgo Deum dicimus, potentiam constituit, communem ynam & ordinariam, alteram absolutem & extraordinariam. Prima est, qua suauiter omnia, iuxta statutum naturæ ordinem cursumque ordinarium Deus optimus maximus dirigit ac conductit. Sic hoc ipsum Deo posse. Sapiens declarat dicens, *Attinet à fine vñque ad finem fortiter, & disponit omnia juuans.* Altera, omnipotens quædam est virtus, qua supremus ille agens & operator admirabilis creaturas, prout eius est beneplacitum, ac prout vult disponit; declaratus scilicet esse se causam liberam, non verò naturalem nullive astrictam legibus: leges omnes perfingit ac violat, contra vulgatum vniuersi cursum & ordinem rem peragit, & opera patrat insolita, contra,

contra, præter, ac supra naturam, quæ esse velgo dicimus miracula. De hac locutum verisimile est Dauidem, dum canit, *Narrabo omnia mirabilia tua. & alibi, Qui facit mirabilia magna solus. & rursus, Qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.*

Adeo ut cœlorum motus, elementorum inter se pugna, ventorum pernicietas, oceani aestus, aliquæ plurimi cauarum illarum naturalium effectus primæ ilius potentie sint argumenta. Sed diluvium vniuersale, ignis præter ordinem cœlo descendens, maris rubri diuisio, fornacis Babylonicae impotencia, solis in meridie quies, rupis in torrentem restringere, fluuiorum in sanguinem conuersio, serpentium in virgas, mulierum inflatus falso, aliqua præter vulgarem natura fluxum cuenientia, secundæ sint effectus & indicia. Viramque porro in magno illo Deo repetire est: quod productæ è sacris litteris figuræ manifestius reddent.

Vidit primo Prophetiæ capite Ezechiel Cherubinum penitus prodigiosum, qui inter alia pedes simul habebat & alas, illos quidem, vt in terra incederet, has vero, vt in sublime se efficeret, & nubium tenuis euolaret. Portentosa hac imagine & emblemate duplex omnipotentis Dei potentia designatur. Ipse porro verus est Cherubinus, pedibus simul & aliis instructus: illi potentiam eiusdem ordinariam repræsentant, qua causas particulares naturali ordine hic producit, hec vero absolutam atque extraordinariam, qua illarum effectus sublimat, & ultra ac supra naturæ limites & leges communes eos producit. Huc forsitan respiciebat Dauid, cum in Psalmis diceret, *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in celo, & in terra, & alta à longe cognoscit?* Id est, quis potentia Deo nostro est comparandus, ut pote qui duplum habet, modo potentia quadam ordinaria effectus inferiores & communes, quales sunt in cœlo motus & influxus, & in terra rerum generaciones & corruptiones, deducens; (*Humilia respicit in celo & in terra*) modo extraordinarias, sublimes, & prodigiosas, & à communis naturæ ordine nimium quantum remotas operationes proferens. (*Et alta à longe cognoscit.*

Bess. de Sanctis.

tis) Hæc quidem Theologorum è scribijs de- prompta sunt, iam etiam Philosophorum archiua excutiamus, & inde conceptum aliquæ efformemus.

Vnanimis Philosophorum omnium consensus & consonantia est, adeoque illorum nemo de hoc ipso dubitauit, duplum in cœlo motum reperi, vnum quidem naturalem & ordinariam, quo sphærae omnes & orbis cœlestes ab Occidente in Orientem raptantur, alterum vero violentum ac celerem quam maxime, qui aduerso cursu, viginti quatuor minus spatio horarum, per quatuor mundi cardines ipsos propellit ac rapit. Cū vero ab effectibus creaturarum ad Creatoris *Roma. 14.* pertingamus cognitionem, vt quidem ait Apostolus: non aliter de magno illo Deo philosophandum est, cogitandumque eius in potentia duplice reperi, motum; vnum velut naturalem potentiam cuiusdam ordinariæ, qui omnia naturali suo motu & inclinatione ad effectuum productionem dirigit, alterum virtutis cuiusdam absolutæ, ac veluti violentum, qui contra omnes leges, & consuetas vniuersi harmonias ac gressus vi quadam omnia impellit, vt miraculos & insolitos, & numquam antea in rerum naturalium officina conspectos è causis proculdat effectus.

Omnia hæc in sacris fundata sunt litteris, quæ de primæ illius potentie agentes effectus, plerumque eadem opera digitorum diuinorum nuncupant. Primus namque Dauid hoc illa donavit nomine dicens, *Quoniam vidēbo celos tuos, opera digitorum tuorum.* & post illum Isaias, *Quis appendit tribus digitis molem terræ?* Primus de cœlorū *Isa. 40.* creatione, alter de terra loquitur fundatione, dicit autem uterque, hæc non nisi tenuia quadam digiti Dei opera, & communes potentie illius ordinariæ effectus esse. Verum cum de alia sermo instituitur, velut de magna quadam re, ac brachij potentiis, nervosis, validisq; impetu semper agi solet. Pleni huius rei testimoij oës sunt libri facri. In Exodus primum occurrit, *In magnitudine brachij tui fiant immobiles quasi lapis.* Exod. 15. deinde in Psalmis, *In manu potenti, & brachio excelso.* de- LUC. I. dum in Euangeliō, *Fecit potentiam in brachio suo.* Moses de Pharaonis loquitur mersione,

Duplex
motus in
cœlo.

Aaaaaa *Psal-*

Psaltes de prodigijs, quæ in Aegypto contigerunt, Lucas denique de excelso Incarnationis mysterio: quæ omnia effectus sunt supernaturales, & extraordinaria absolutæ cunctam potentia opera.

Hactenus hæc eo produxi, quod hodie admirabile quoddam potentiae illius extraordinariæ opus & argumentum recolendum proponatur. Communes namque summi illius Dei leges, decreta, statuta decernebant, omnes ut omnino mortales filij iræ nasceretur, inque originali delicto conciperentur; at hodie omnes haec leges violans, & declarare cupiens, his se in legibus cum libitum fuerit dispensare posse, & aliquod potentiae huius absolutæ testimonium ostensurus, non sine miraculo hodie efficit. Virgo ut quedam singulari quodam priuilegio exciperetur, & sine vlo peccato aut macula conciperetur. Virgo inquam destinata & ab omni aeternitate praelecta, quæ filij Dei genitrix foret. atque hoc est Euangelij hodierni epiphonema, *De qua natus est Iesus, qui dicitur Christus.* Virgo purissima, simul & sanctissima. Virgo simul & mater maxime admirabilis. Atque hæc est, de qua hodie locuturus sum materia, illius scilicet puritatem, cum sacra Scriptura auctoritatibus, tum veteris Testamenti figuris, tum denique rationibus Theologicis asserere, ac triplici hoc basi triplice concionis partem in ædificare cupiens, in quibus omnibus illustrissimæ huius Virginis panegyristen agam.

Primo ergo velut fundamentum inconcussum suppono, non esse certum & indubiatum fiduci articulum, nec sub æterna damnationis poena ad credendum Christianos tenere, peccati originalis expertem gloriosam Virginem Mariam in utero matris conceptræ esse, cù nihil in hac re cerri adhuc Ecclesia statuerit, nullū hoc definierit Cœiliū, imo nec Tridentinum difficultatem soluere voluerit, et si fauere videatur partem negantem tuncib; quin vero multi autores singularis & nominis & scientie velut arbitriuum quid ac liberum hoc habuerunt, cœrem ad fidem nullo pacto spectantem, ut propter quam utramque rationes propugnant prægnatissimæ; quin & ipsi problematiæ in utramque partem depropterea argu-

mentis, tum lingua, tum calamo de eadem senserunt.

E contra vero, præterquam quod Virginis dignitas, filij eiusdem reuertentia, ac Religio-nis nostræ decentia & conuenientia nos ad hoc pie credendum inuitent & quodammodo compellant, ad eius probabilitatem assérendam tam euidentia sacris in voluminibus occurrent testimonia & auctoritates, ut etiam maxime huic aduersantes suani in partem quodammodo violenter trahant, & piam hanc sententiam ut indubitatum amplecti cogant. Primum quod de promere volunt testimonium è libro Proverbiorum deducitum est, atque hoc est, *Dominus possedit me, & in sua potestate habuit, ab initio viarum Proverbiorum.* Virgo ipsa hic loquitur, siamque ipsa causam agit: per has autem Dominus viam intelligit prædestinationis, creationis, & redemptionis generis humani, atque se ab omni ævo, antequam quidquam à Deo consideretur, præuidetur, aut aliqua creatura prædestinaretur, designatam, præuisanac prædestinatam primam suisse insinuat, primam dico nostro loquendi modo, qui in diuina præcientia alia priora, alia posteriora singimus, et si omnia codem ibi instanti decreta & codem consignata sunt tempore. Similitudine euidenti fieri hoc manifestius.

Quemadmodum in picta aliqua tabula, si quando variis mixtisque præfert coloribus, & aqua omnes à visu nostrò remotos distantia, ceteris tamen vivaciores fulgentiæ, que citius in oculos incurvant, & præ alijs primi agnoscuntur: ut licet uno omnes sint loco, unum tamen & eundem non habeant fulgorē, & hi illis emicantiores sint. Idipsum in capaci illa diuinæ sapientiæ tabula: cōsideramus necessè est, & dicamus, quamvis omnia in illa eodem repræsententur instanti, & ab omniam aeternitate Deus optimus maximus hoc ipsa fine vlo ordine priorum aut posteriorum percipiat, quæ tamen ceteris perfectiora sunt, maioremque continent excellentiam, celestius à nobis cognosci, & pro qualitate suâ & primo cognitionis ordine constituit. Ecce & aliam similitudinem.

In coelo item etsi stellæ omnes antiquitate Alia similitudine & ætate prope parés sint, & eadem ab oculis lito, nostris intercapidine remotæ, quod tamen lumen

lumine ac splendore inter se discrepant, & in-
æqualiter fulgeant, quæ ceteris micant luci-
dus, citius alijs videntur, & in oculos, animæ
inquam fenestræ, velocius incurunt. Non a-
liter de præscientiæ illius æternæ obiectis co-
gitandum est: quamquam enim omnia æter-
na sint, æqualiter à cognitione nostra discent,
& omnia simul & eodem ordine ab æternitate
illa procedant: cum alia tamen alijs maiorem
majestatem & magnitudinem iudicio quidem
nostro continere, & diuinius includere myste-
riū videantur, ut hæc prius & ante alia con-
spiciamus, & in conceptum nostrorum state-
ra atque æstimatione his primum, secundum
illis locum attribuamus. Doctrinam hanc se-
cutoris Scotus animam Redemptoris hoc modo
inter aliorum Sanctorum animas primâ præ-
destinatam & ante illas ad gloriam electam, &
proximè post illam gloriam Deiparæ anima
præuisam fuisse afferit. Deus namque omnipo-
tentis filium ad humanam assumendam na-
turam destinans, simul & cùdem operâ Virgi-
nem hanc inclytam selegit ac præuidit, quæ il-
li futura esset mater. Ut autem Doctoris huius
opinioni aliquid addamus pondus, illum Psal-
mista locum proferimus. In capite libri scri-
ptum est de me, ut facerem voluntatem tuam; &
per librum hunc magnum illum æternæ præ-
scientiæ accipimus Calepinum, in cuius exor-
dio ac prima pagina Iesu Christi nomen con-
tinetur, & homo ex Patris sui voluntate ac de-
creto futurus destinatur. Secunda ergo pagina
Deiparæ nomen præferat necesse est prædesti-
nata: Relativa namque semper alterum alteri
proxima sunt, & uno posito necesse simul ponii
& alterū; correlatiua porro inter se sunt mater
& filius, Iesu Christus, eiusque beata ma-
ter.

Quapropter expreſſè & data opera ait, Do-
minus posseis me in inizio viarum suarum, ait
inquam posseis, non elegit, ut se sine peccato
conceptum innueret: perinde ac si veller dicere.
Posseis me Dominus à primo conceptionis
meæ instanti; atque hoc initium est viarium,
quas ad mundum in libertatem vindicandum
feligere Domino placuit: aut etiam, ut rem al-
tius arcessamus, à principio prædestinationis,
præuisionis peccati committendi, atque incar-
nationis filii Dei, latarum inquam præscien-
tiae diuinæ viarum. Ut vero vim verbi possedit

comprehendamus, notemus oportet, Deum.
vt vniuersi creatorum atque Dominum, in o-
mnes creaturas suas, præferrim ratione dona-
tas, vt quidem D. Thomas docet, non proprie-
tatis modò ius, sed & possessionis habere,
quamdiu videlicet illius in amore vivunt, quā-
diu sunt in gratia: ubi n. peccando gratia exci-
idunt, sua Deus quoque excidit possessione, ac
dæmon id habitaculum subit. Atqui certissi-
mum est, & generali iam consuetudine indu-
ctum, vt iuxta vulgatam Iuris regulam, fru-
ctus sint possidentis. Si ergo certo sit certius,
à Deo semper & ab omni æternitate Virginem
hanc possellam, vt palam hoc ipsa testatur, Do-
minus posseis me ab initio viarum suarum, in-
dubitatum quoque erit, vniuersos animæ eius
fructus, opera cuncta, atque omnia eiusdem
proposita & intentiones, ipsius ac proinde in
gratia fuisse, & consequenter sine omni pec-
cato existisse: vnde demum efficiamus licet,
cam sine originarij delicti inquinatione con-
ceptam fuisse. Audite quid super ea re de sei-
psa apud Ecclesiasticum virgo prædicat: Flores Eccli. 24.
mei fructus honestas, anima, inquit, mea flo-
res emisit, ac Domino fructus tulit, non qui-
deni insipidos, verminantes, putridos, pecca-
tum ac nescio quam siluecentiam redolentes,
sed fructus bonos, dulcedine & honore plenos,
& gratiam vndique respirantes. Quod ve-
strum de hoc testimonio iudicium est: auditores.
Sed iam alterum de promamus.

Eodem Proeuviorum in libro ac loco di-
citur, An sequam forensi abyssi, ego iam concepta Pron. 5.
eram. Omnes omnino inter pretes verba hæc
de Virginis conceptione exponunt, voluntque
ipsam hic loqui, & immaculatam conceptionem
nun suam astruere; dicentes illam cœlitus elec-
tam & prædestinatam, antequam conderen-
tur abyssi, peccatum scilicet, mortem & dam-
nationem perpetuam per hasce abyssos intelli-
gendo. Ecquæ abyssus enim peccatum est? ec-
quæ vorago mortis? ecquod præcipitiū ac pro-
fundum? ecquod barathrum tartara damnatio?
Si ergo ante hæc omnia Virgo nostra con-
cepta est, quis vocare in dubium & controuer-
tere audeat, num conceptio eiusdem pura
& minimè inquinata fuerit? Iam ad ter-
rium.

Patientiæ illud speculum Job hac de mate- Job 34.
ria, deque eximiis huius Virginis prærogatiis

Aaaaa z 10-

loquens, diuinæ potentia venam aliquando
Conceptio tentans, sic Excelsum interrogat, *Quia potest
Virginis facere mundum originaliter de immundo con-
ceptum femine: nonne tu qui solus es in esse tuus?*
caeo astrui Sensus est, Verissimum est, Domine, omnes
nos de inquinata Giez: stirpe esse progenitos,
4. Reg. 9. & parentis nostri lepram fronte præferre. Et

res longè certissima est, in peccato originali ad
vnus omnes nos conceptos esse, & velut mem-
bra putida, luxata, ac paralyti dissipata à capi-
te illo depravato & putrefacte Adamo origi-
nem trahere: origine ergo prima & fonte
corrupto, torrentes & flumina pariter corrum-
pi necesse est; & truncu semel in putredinem
abente, numquam exinde rami viorem in-
duunt: sed, qua tua omnipotens virtus est,
Domine, hoc & impeditre potes, & efficeres, vt
è femine impuro, immundo, & vitiolo, singu-
lari quadam prærogativa ac priuilegio pura
penitus creatura enascatur; quemadmodum
in matre tua olim facturus es, quam puram &
ab omni macula exemptam in mundum pio-
feres. Cum ergo reliqua hominum turba pec-
cato inquinanda sit, virgo hæc sola omni plan-
næ nœvo carebit, peccatiq; expers erit. Quar-
tam sit hoc.

Psal. 40. Inter Davidicas Prophetias hæc de purissi-
ma Virginis conceptione non postrema est:
Sic enim Psalmo 40 legere est, *In hoc cognoui
Domine, quoniam voluisti me, quoniam non
gaudebit inimicus meus super me: me autem
propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me
in conspectu tuo in aeternum.* Sensus est: n hoc
demum perspexi, quo me amore prosequaris,
quo affectu erga me feraris, cum iam inde ab
incunabulis protectionis tuae vmbone me tu-
tatus sis, teque mei defensorem aduersus ca-
codæmonas hostes meos uratissimos ostende-
ris, adeò vñnullum in me illi ius vindicare
queant, neu vñlam gloriandi occasio: cui ha-
bere, quod vel vñlam in animam meam deli-
ctum irrepuit: tu me solam ab hocce malo de-
fendere voluisti, atque ob innocentiam meam
eligerem ac destinare, que fuij tui mater fo-
rem; hinc me ab omni aeternitate in gratia
confirmasti, & ab omni scelere immunepra-
stitisti. Si modò veritatem eloqui vltis, mihi
fa camini necesse est, verba hæc Davidi, qui
innocens minime fuit, sed peccatis inquina-
tus, neu Iesu Christo, qui semper Deus existit;

eius autem humanitas non ante fuit, quæ
vbi diuinitati combinata est: hinc (vt nuperus
quidam scriptor ait) propter innocentiam suæ
fusci p̄ non potuit, quia numquam fuit ante-
quam suscipiatur; adaptari non posse. Quam-
obrem necessariò ad Diciparam Virginem re-
ferenda sunt, quæ coelestem in hoc se gratiam
consecutam fateur, quod Diabolus, peccati
auctor, nullum in ipsius conceptionem ius ha-
buerit, quodque ob innocentiam suam electa
fuerit, quæ Dei filij mater foret. In hoc, inquit,
cognous, quod ab originali me peccato exem-
teris, quod præ reliquis creaturis eximiam mihi
prærogatiuam concesseris, quod inter omnes
filias Adæ singulari hoc me priuilegio dona-
ris, quod nimirum omnibus in peccati immu-
nitie nascentibus, sola ipsa sine eodem sim cō-
cepta, quod omnibus filijs hominum, dum in
lucem eduntur, filijs itæ ac maledictionis ex-
istentibus ipsa vñica & sola filia sim gratiæ ac
benedictionis nata. In his inquam omnibus
perfpxi, quām tibi cara sim & dilecta. Quin-
tum succedat.

Eodem in Propheta alius occurrit locus ad
cauſæ huius tuitionem mitifice faciens, qui
inter ceteros adduci huic meretur. Sic autem
Propheta loquitur, *Benedixisti Domine terrā
tuam, aueristi captiuitatem Iacob.* P. sal. 48.
S. Augustinus tensu litterali inhærens de terra Iuda ex-
ponit, & ait, Quandoquidem à manibus tuis
benedici omnibus sit rep̄cri bonis, Domine
terram tuam Iuda, infelix in eam collatis
beneficijs, summopei tibi deuinxisti, ac tum
præfertum, cum Iacobi stirpem & posteros
captiuitate redemisti. S. Hieronymus de peni-
tentiis, qui austerioris lectantur, & vita mo-
rumque correctioni magna animi conteactio-
ne incumbunt, intelligit, & eos sic loquentes
inducit: Tum demum maledicam illam ter-
ram benedixisti, cu[m] eum à sec[u]dū d[omi]na
vitij captiuitate vindicasti. V. cu[m] Arnobius &
Iudorius, magis vterque nominis, de gloriosa
Virgine Matre non inservi exponunt, ac sic lo-
que, tem Psalmem faciunt. *Benedixisti Domine
terram,* id est, Virginis huius aumina simu &
corpus, ne sub peccati seruitute in captiuitate
tempore vñquam redigeretur, sed virtus ac
meriti fructus tibi offerret, terram inquam
tuam, quām ab aeterno possedisti, & ad omni
hostienti incursu rabięque tutatus es.

Aequum

Aequum porro erat, ô Propheta, hoc te de Virgine hacce modo vaticinari: si enim primi Adami corpus è Virgine efformari terra oportuit; an non ratione longe magis consentaneum, quin immo planè necessarium, secundum è carne simul & anima purissima enacti, & cōsequenter Virginis huius conceptionem sine via prorsus inquisitione delicti fuisse? Sextum hoc esto.

Idem in collatis Virgini gratijs & priuilegijs vterius procedens Psalmista, alio hæc habet loco, *Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.* Tametsi autem locus hic, è nonnullorum Patrum expositione, de Ecclesia cōmodè capiatur, quæ ciuitas est plena gloria, rupi inaedificata, quæque in fundamentum habet Iesu Christi merita, quæ monstria instar magna, & sublimia sunt; atque ipsa tenuit maximus Deus portas Sionis, id est Ecclesiae sua Sacraenta (qua ceu portæ quædam sunt, per quas in gratiam ingredimur) pluris quam omnia tabernacula Iacob, id est, omnia veteris legis sacrificia, ritus, accœrmonias faciat; Deipara tamen etiam non incommodè intelligatur, cuius fundamenta & generationis ortusque initia fuere sublimes illi Patriarchatum, Prophetarum, Regum, aliorumque virorum illustrium montes: in quorum perfectionibus ac meritis Deipara mater vitæ sue bases ac fundamenta collocauit. Ecquid illi sunt montes? *Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham.* Diligit autem Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob, id est, Conceptionem & Assumptionem gloriose huius Virginis, veras inquam portas, per quas in mundum ingressa & eodem egredia est, pre reliquo uim Sanctorum nativitatibus & mortibus. Deus optimus maximus complexitur & cara habet. Nihil autem ille diligit, quod peccatum aliquod involuit. Concludamus ergo necesse est, conceptionem hanc sanctissimam ac purissimam fuisse. Iam ad ultimum veniamus.

Amans ille in Canticis sponsus dilecta sua dotibus recensendis totus intentus, hanc illi inter alias laudem attribuit, *Quam pulchri sunt gressus tui, filia Principis, in calceamentis!* Per filiam hanc Principis sacraissimam Virginem intelligo, ecclie terræque Principem, no-

lam hanc Iunonem, quæ diuūm incedit Regina, louisque & soror & coniux, nō nisi duos ipsa passus & gressus fecit, primum de non esse ad esse scilicet, quod hodierna conceptionis eius die factum est, qua antē non existens, cœpit esse: alium de esse ad nasci, (quod gloriosæ nativitatis eius die peractum) quo post esse ad nativitatem progressa est. Et duo hi gressus summè pulchri, ambo sine peccato, ambo gratia condecorati fuere. Nonnulli quidem sancti egregium gressum fecere, vt Ieremias, Ioannes Baptista, aliisque, qui sine peccato nati sunt, iam inde à materno utero sanctificati; sed cum maiorem nasci libertatem, & ab esse ad gratiam saltare non possent, omnes in conceptionis suæ transitu in peccatum originale prolapsi sunt.

At Virgo hæc sola omnes superauit, & duos egregios gressus fecit; unum quidem in nativitate, in mundum tota munda veniens; alterum vero insigniorem in conceptione, utpote sine ullo peccato concepta. Et gressus hunc admiratus sponsus, laudi hoc illi vertere non obliuiscitur, dicens: *Quam pulchri sunt gressus tui, ô filia principis!* Quid yobis de hoc loco videtur? Vobiscum ipsi dispicie, interim figurasi ipse perquiram:

Præter tot loca ac testimonia sacra, quibus Virginis huius innocentia & integritas hæc tenus a me stabilita est, sexcentas etiam sacra Scriptura figuræ suppeditat, quæ iam inde à mundi primordijs conceptionis eius integratam puritatemque, vitæq; sanctitatem praesignarunt. Prima è Genesi deponita est. Illic enim arcam video diluuij vndis innatantem, & tametsi summa montium cacumina ab aquis cooperiantur, ipsam tamen semper fluctuantem, vndas & tempestates non perhorcentem, nulloq; in naufragij periculo versantem. Repræsentabat hoc iam Virginem hanc, veram Noe arcam; quæ generalis illius diluuij peccati originalis vndis numquam non innatauit: & licet tempestas hec altissimos submerserit montes, animas inquam sanctissimas inuoluerit, hec tamen Virgo aquis semper supernaturauit, nequidquam freudentibus procellis enauigauit, si ac ullo naufragij euasi periculo. Hæc figuram ex parte Psalmista suppeditat dicens: *Surge Domine in requiem tuā, suē arca Psalm. 31 sanctificationū tua,* id est, nemo sit præter vos

Aaaaa 3 duos,

duos, qui leniter fluctueret, in peccati abyssum ac profundum non subsidat, & generalis diluvij aquis non involvatur.

Iosue 3. 6.
2.
4.

Quoniam verò arca mentio incidit, in Iosue legimus Deum, quo arca Testamenti sine vilo periculo Iordanem pertransiret, eiusdem aquas singulari quodam prodigio stirpfe, & præter communem eatum cursum, fontem & caput versus eas compulisse, ac velut in montem constipauisse, ne in mare solito fluxu descenderent. Steterunt aquæ descendentes in loco uno, ad instar montis inumeantes apparet. Et at hoc figurae loco, ut hinc manifestum fieret, cumdem ipsum Deum, vi gloriofa hæc Virgo, vera arca fœderis, sine vilo discrimine aut malo indemnus in conceptione pertransiret, non sine miraculo vndantem illum peccati originalis torrentem cohabitum, ac compressum. Et videtur hoc ipsa apud Plamistam Deū precata dicens: Non me demergas tempestas aquæ, neq; absorbent me profundum.

Psal. 68.

Exod. 25.
3.
5.

Ecce & aliud de hac eadem arca. Video eam quippe in Exodo auro purissimo conuestitam, duos & insistentes Cherubinos, alis eam suis obumbrantes, & ambos eiusdem pulchritudinem summo cum stupore contemplantes. Fuit & hoc figura pulchritudinis nostræ Virginis, quæ ceu vera quædam arca virtutibus, velut auro, condecorata, duos hodie Cherubinos in admirationem rapit, homines inquam & Angelos, omnes capacitatis & ingenii sui alas quam fieri potest latissimè, ad meritâ eiusdem deprædicanda, conceptionem ipsius sanctificandam, & integratem propugnandam extendentes. De hominum quidè admiratione certum est. S. Dionysius enim eam conspicatus, adeò obstupuit, parum vt absuerit, quin eam vt deam adoraret; & scriptio testatur est, omnes yndique homines accurreret, vt hoc pulchritudinis miraculum intuerentur. S. Ignatius Martyr *sacratissimum* eam appellat *monstrum*, ac *cœlestè prodigium*. Quid amplius dicit Chrysostomus, *orbis terra miraculum ipsam* indigerans. Hildephonius vero post hos, tantam eius vultui inditam cœlitus pulchritudinem ac decorum scribit, tantam animæ puritatem, omnes vt in stuporem raperet. Errat, inquit, fidelibus desiderabilis. Sed in figuris nostris pergamus.

Epist. ad Iohann. Euang.
4.
Gen. 3.

Quesitum est in Genesi, Pharaone omnem regni sui terram sibi subiecte, ipso preceptio emptam, ac tributariam reddente, solam sacerdotalem à tributo immunem fuisse, ac liberata.

quæ serpentis esset caput compressura, & immensum placabile cum ipso bellum gestura. Audire quo hoc ipsum modo illi indicatur, Inimicitias ponam inter te & mulierem, semen tuum & semen illius, ipsa conteret caput tuum. Illusris hæc mihi credite virago Dei matrem representabat, quæ velut generosa quædam bellatrix, iam inde à conceptionis sua articulo, peccati (cuius serpens est symbolum) caput comminuit, & perpetuo cum ipso bello determinauit. Conceptus hic alium mihi penè similem in memoriam reducit.

Abimelech nothus Gedeonis filius, cum frequentia fratres fœdo parricidio de medio sustulisset, & inimicos iambello profligasset, in tres turmas yniuersum exercitum suum distinxerunt, surrim Sicheni, locum arte ac natura munitissimum (ad quem viri simul & mulieres velut ad asylum commune contingerat) obsidione pressit: vt vero propius accessit, a muliere è summō pinnaculo saxum ingens iacente contritus est; textus habet, & ecce yna mulier fragmen mole desuper iaciens illis capitib; Abimelech, & consurgit cerebrum eius. Obscurum hoc ænigma sic expono: Abimelech ille spurius, & illegitimo natus thoro, Satanæ imaginem referebat, qui post yniuersale tot millium Angelorum, qui fratres illius naturales ac germani erant, excidium & hominum, inimicorum suorum mortalium profligationem, cum peccatorum omnium ac scelerum agmen trifariam (in origine scilicet mortale, & veniale) diuisisset, tandem obsidens non iam turrim Sichimotum, sed turrim illam Davidicam, arcem inexpugnabilem, & quam omnes adeò mortales in aylum se legerant; hodie dum oppugnationem suā funestam adoravit, in instanti icilice conceptionis huius Virginis, ipsa illi caput, velut bellisco quædam virago continevit, atque hoc illi prædicterat olim Deus dicens, Ipsa cōteret caput tuum. Ut simul hinc liquidò pateret, nullum in hanc puellam peccato ius aut potestate, ne quidem in eius conceptione fuisset; & ceteris creaturis in hanc calamitatem incidentibus, ipsam solam exceptam fuisse. Habeo ad manum & alias figuræ.

Scriptum est in Genesi, Pharaone omnem regni sui terram sibi subiecte, ipso preceptio emptam, ac tributariam reddente, solam sacerdotalem à tributo immunem fuisse, ac liberata.

berrata vslam. Emit igitur, inquit textus, *Ioseph omnem terram Aegypti vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis, subiicitq; eam Pharaoni;* & cunctos populos eius a nouissimi terminis Aegypti usque ad extre mos fines eius, prater terram Sacerdotum. Mysterio huic persona deurahens, dico ipso declarari, cum Sathanas, Pharaeo ille tartareus, vniuersum mundi regnum sub diram peccati sequiturum redigisset, & Deus ipse totius orbis Dominus, homines, qui naturæ iure illius sunt subditi, poenæ æternæ addixisset, solam Mariam Virginem, magni illius sacerdotis, de quo scriptum est, *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech,* terram exceptionem esse pslam, utpote quæ semper ab omni peccato immunit mansit, ac libera, & proinde sine peccato originali, quod quidem communie, sed tyrannicum naturæ tributum erat, concepta.

V. 109. Post Regem Aegyptum Persarum Princeps succedat Assuerus, hic cum communi decreto vniuersam Iudeorum stirpem morti ad dixisset, sola Regina Esther excepta est, quæ his verbis Rex à populari excidio exemit, *Quid habes Esther? ego sum frater tuus, noli metuere: non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus haec lex constituta est.* Cogitatis velim Estherem Dei paræ nostræ imaginem fuisse & Dei Assuetum, qui, cum uixit feralem illam peccati sententiam, vniuersum genus humanum ad mortem conderat, nouam hanc Estherem praeservauit, & maledicta illa peccati lex cum in omnes omnino lata esset, ipsam minime, sed alios omnes Adami nepotes in originali delicto conceptos comprehendit: nam hodie ipsa sola sine peccato concepta fuit. Noli ergo metuere sicut siima Virgo: non enim pro te, sed pro omnibus alijs haec lex constituta est.

I. 24. Libro secundo Regum hæc legere est: *In me Dominus mihi Rex fit iniurias, & in domum patris mei Rex autem & thronus eius fit innocens.* Suni hac ad litteram Thecuitidis verba, Daudem inducere fatagentis, filium ut Absalonem profugum in gratiam admitteret: sed allegoricæ esse verba queant & oratio naturæ humanæ se & vniuersum humanum genus peccati originarij ream confitentis, uno Regi Iesu Christo, & gloriofissima matre eius

Maria, quæ eiusdem est thronus, excepta. Atque inde conceptionem eius planè sanctam fuisse colligo.

Chaldaei latrunculi cum in faculates lobii irruerent, tres fecere turmas, & omnes seruos eiusdem interficerunt, adeò ut non nisi vnu manus ipsorum & suorum euaserit, qui fuisse huius cladi nuntius foret: Cuius hæc sunt ad herum verba, *Chaldaiq; fecerunt tres turmas, & pueros percutserunt gladio, & ego solus euasi.* Cipari hæc ipsa repenterem audire mihi video: cacoëdæmon enim, vetus ille tartari prædo ac latro, cum in hominum vitam ac statum conspirasset, & triplicem in cuneū peccata diuisisset, venalia inquam, mortalia, & originalia, atque iisdem in vniuersum mortale genis irruisset, sola post Dei filium Maria cladem euasi宿pes, quæ hodie se in tutum collocans dicere mihi victrix videtur, *& ego sola euasi.* Constat enim omnes sua in conceptione à peccato iugulatos fuisse, & ipsam solam indemnem mansisse.

Habeo ad manum & alias figuræ. *Ieremias mandat Deus, vi figuli officinam quantocuyus ingredetur: quam cum subiisset, singula accurate intuitus, vidit vas iam confracta subito à figulo in aliam formam commutari, & è fragminibus noua integraque constitui, vasa inquam honoris, & pretiosa, oculisque placentia.* Et dissparum, inquit, est vas, quod ipse fabricebat ex luto manibus suis, conuersusq; fecit aliud vas alterum, sicut plauerat in oculis eius ut faceret. Rei huius ænigmatica expositione quam lubuerit excogitare, quidem ipse mihi sum auctor, his omnibus naturæ humanæ statum ac conditionem simul & omnium hominum in peccata lapsum, hinc illorum è statu innocentia excidium, illinc vero intemperatæ Virginis excellentiam ac puritatem figurari. Magnus enim ille Deus, cum velut figulus quidam omnes omnino homines in potentia sue rota ceu vascula quedam efformasset, & ipsi illius è manibus miserè per peccatum excidissent, & ad funesum hunc casum comminuti essent, magnus ille figulus eamdem argillam, in omnipotentia sue orbita conformans, vas quoddam honorificum, vas inquam pulcherrimum, & penitus admirabile, B. scilicet Virginem composuit, vas illud regium, quod & ipsi Reges summoperè semper sunt demirati, v. 18.

Eccli. 45.

ti, vas admirabile, opus excelsum. Adeò ut cum omnibus Adæ filij, peccato contracti, in ipsa conceptione perirent, sola hæc à malo hoc imminis fuerit, & integra solidaq; permanserit. Sed his minimè immoremur, & ad alias figuræ transcamus.

II.

Dan. 4.

Allegoris.

Isai. 7.

Vidit olim Nabuchodonosor inter somniandum patulam quamdam & opacam arborēm, vertice in cœlos tendentem, & radices ad ima propè tartara prominentes, arborem, in quam, fructu grauatam, & omnigenas inde bestias pascentes; sed audiuit & vocem, quæ eadem excidi mandabatur, eius fructus excuti, ramos præcidi, omnemque hoc pacto illi virorem ac succum tolli, sola illi ad solatium rādice relicta, denuò vt pullula seret, & surculam noquum emitteret: *Succidite arborēm, & præcidi ramos eius, excutite folia eius, & spargite fructus eius, verum tamē germen radicum eius in terra finite.* Scite vultis, quid hæc omnia sibi velint; audite, rem paucis expōnam. Comata hæc arbor naturam representabat humanam, arborem inquam illam adeò ingentem, insignem, totque iustitiaæ ac perfectionum coelestium fructibus decora- tam. Verum Satanas feras ille lignifica peccati securi eam petens, iam inde in paradiſo terrestri ramis eam spoliavit, omnem eiusdem fructum dissipauit, frondes præcidi, viorem abstulit, eamque aridam penitus reddidit, nihil ut succulentum ac viride præter solam radicem remanserit; radicem inquam, quæ Virginem Deiparam repræsentabat, radicem illam leſte. hoc enim nomine Isaías eam no- minauit, *Egredietur virga de radice leſte, & flo- der radice eius ascendet.* radicem, quæ nouā arborem, id est, Redemptorem Iesum, arborem illam vitæ, protrusit. Et cùm omnes homines in peccato concepti fuerint, sola ipsa immunitas & intemerata exstitit. Hoc piè de illa credendum est, tameſi certus & indubitus fidei non sit articulus. Inuitat nimurum huc fideles omnes magnæ huius Virginis honos: & sanè ille se erga eam non benignè affectum oftendit, qui cum aliarum mulierum fecerat eam commisceret, communibus legibus subiicit, & eamdem subire sortem vult, quam reliquæ Adami neptes peccatis obnoxia.

Bethulienses viduam Judith tanto honore ac veneratione passim prosequabantur, nullus

vi, teste Scriptura, in vniuersa regione finis sit aut in sequorem partem de illa loqueretur. *Magna facta est in Bethulia,* nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. hæc etiam histōria nefcio quod continet videtur præfigum ac figuram, quo omnes Ecclesiæ filii veram hanc Iuditham (quæ adeò magna, & coram mundo adeo fortis futura erat) afficeret cultu & honore debeat, nemo vt nominis eius honorum lædere, famæ detrahere, aut finis de illa loqui audere debeat. Quād vero illi male loquitur, quād ille famam Virginis huius coinquat ac deturpat, qui peccatricem, & in peccato originali conceptam non secūs atque alios homines eam afferrere audeat?

Viuat ergo inclita illa ac celebris facultas Theologica Parisiensis, mater illa mea carissima, viuat nobilis illa Sorbona, omnium Aca-^{Judith} demiarum Regina, bonarum artium genitrix, Theologorum illustrium disciplinarum nutritrix, ingenio ce-Paris- rum illistrum procreatrix, quæ Virginis humiliatio-ius colendæ, eiusque honoris studiosissima, B. V. conser-^{permittere} noluit, quisquam vt de eius meriti-^{progeniis} pionis perperam loqueretur, & ad conceptionis il-ius intemeratae atq; immaculatae propugna-^{tionem} folleme decretum tulit. Nullum ad-^{mittit} hæc illa Doctorem suas in cathedras admis-^{tit}, qui huic articulo non subscribat, simul & sacramento confitmet, honorem se & innocentiam sanctæ huius Virginis, qua potest ubique propugnaturum. Hoc porro anno 1333, statutum est, & iam per annos propè 300, cuius obseruatio inuolata permanxit.

Illustris ille Academæ huius Cancellarius, Ioannes Gerfon mirum in modum erga bei-^{Geronis} tissimam hanc matrem affectus scriptum rel-^{conceptus} quiet, octo vetulas falsarias, & per omnia sce-^{S. Joh. Cr.} leitas, iuratæ honoris huius virginis aduelta-^{rept.} rias reperiit, quæ inculpatam conceptionis il-lius prodigijsæ puritatem semper attrodere & oppugnare omni ratione contendebant. hæc potrò detestabilia illarum nomina, littera oc-^{sidens}, ratio litigiosa, ratiocinatio sophistica, Canonum superficies, legis apparentia, do-^{ctrinæ} falsitas, fabulosa poësia, & heretico su-^{spicio.} Totidem vero illis opponit virgines pulcheri mas, quæ eius honorem, puritatem, innocentiamque iunctis viribus tuerentur, veram scilicet Theologiam, rationem proba-^{bilem}, Ecclesiæ auctoritatem, Decretum Ca-^{noni-}

nonicū, ius ciuile, doctrinam bonā, poēsi mysticā, ac fidem religiosā. Anne igitur fideles, post tot illūstria testimonia, & figurās aperiſſimās puram sanctitatem & sanctā puritatē conceptionis huius Virginis fit dubium amplius reuocabitis? Multis Scriptū & sacrae auctoritatibus, & illūstribus figuris eam stabilire sum conatus, sed modo, quo sic ad tertium concionis membrum deueniam, conuenientissimis rationib[us] adſtruere fatigam, vt vos in partes meas, si non suauiter ac placide, rationum faltem ponde-re coactos, transire faciam.

Oſtenſurus A poſtolo in epiftola ad Hebræos, Redemptorem Iesum meritis, omni-genaque perfectione Angelis præcellere, nominis illius magnitudine atque excellētia hoc ipsum euincere potissimum conatur, dicens, Dei filium illum dico: quod ſane nō men ſuper omne eſt nomen, & nulli vñquam Angelorum datum. hoc vero paſto ſuum argumentum concepit, Tanto, inquit, melior Angelū effectus, quanto p[ro] illis excellentius nomen hereditauit. Cui enim Angelorum dixit aliquando, Filius meus es tu, ego hodie genui te in ferre & efficere inde vult, quandoquidem tale Redemptor nomen habere meruerit, quale accipere nullus vñquam dignus fuit Angelus, neceſſario fatendum eſt, hiſ illum dignitate ac meritis longe præcelere. Vnde ſimile ipſe in Angelorum Regi-na laudem ac decus, atque in qualitatū eius commendationem argumentum formare audeam, Tanto melior Angelū effecta, quanto p[ro] illis excellentius nomen hereditauit. Redita enim digna cum sit regio illo atque in-clyto matris Dei nomine, quod ſane nomen omnium nominum eſt maximum, & cui omnia Angelorum, quin imo Cherubinorum nomina comparata nihil omnino ſunt ac ve-lut vñtrā vocari, certissima credendum eſt fide, eius fauores, gratias ac priuilegia illuſtriora ac digniora, quam reliquorum omnium fuſſe. Cum autem Angeli, & spiritus illi cœlici in gratia conditi fuerint, dubitā-dū non eſt, quin hoc ipſo illorū Regina, Virgo noſtra, donata ſit priuilegio, ac sine vlo peccato aut macula concepta.

Secunda. Rationi contentancum eſt (& abſurdum alioquin videretur) maiora, aut

B[ea]tificia S[an]cta.

faltem paria æquāliaque Angelorum prærogatiuſ priuilegia Virgini concedere. Illi porro à peccato præſeruati ſunt, & antequam caderet, porrecta illis manus: cur non eodē igitur h[ab]et h[ab]et priuilegio gaudeat? Hoc fore, prædixit olim Psaltes, dicens: *Adiu- bit eam Deus mane diluculo eſc[ue]rū ſuī & conce- Psal 54:*

prionis, ab originali eam macula indemnum præſtans. Quin & hoc ipsum illi Deus ter maximus ſub amantium illorum ſponforum ſchemate ſpoſpondit, dum ait, *EQUITATUI meo celeſti in curribus Pharaonis affiſſilauis tem- mica mea priuilegijs & gratijs.* Theodoreus

locum hunc exponens, per equitatum hunc Angelos defignari exiſtimat, qui idcirco in Scriptura paſſim, & præfertim apud S. Luca militia dicuntur *cæleſtis exercitus.* Illorum olim opera Omnipotens velut militum ac bellatorum ad Pharaonem rubri maris gurgite inuolundum, & populum ſuum dilectum per eiusdem fundū ſiccō pede ac ſoſpi-tū tutoq[ue] traducendū eſt viſus. Amans vero ſponsus idipſum dilecta ſuę, que vera ſan-ctissimæ matriſ imago erat, cōtigisse prodiit: eo quod in periculoso cōceptionis ei⁹ trāſi-tu ac fundo, in quo oēs Adæ poſteri peccati aquis adobruti ſunt, non ſine miraculo Deus ſoſpītē illā præſtitit, maris huius vndas in-hibens, liberū illi tranſitū cōcedens, & Pha-raonē illū peccatū inquā aquis ſubmergebas. Verbo vt cōplectar, vt Angeli per gratiā, ſic illa ē misericordia præſeruata eſt in columis, ut iſdem faltem priuilegijs potiretur.

Tertiā hanc facio. Magnus ille Deus, o-mniſciens atque omnipotens, quos ad aliquod munus vocat, diſponere ſic paulatim ac præpare ſoleat, vt eidem apti reddantur & idonei, iuxta hoc Apoſtoli testimonium: *Ido-neos nos fecit miniftriſ nosui teſtamenti.* Teſta-tur hoc aperte D. Thom. quod & ipſi euden-tiſſimi probare exemplis poſſimus. Sic enim Moysēm, Eliam, Iſaiam, Ieremiam, alioſque plurimos ad miniftreria, ad quae ſelecti erant, idoneos reddidit. In nouo item Teſtamento Ioannes Baptiſta in Mefſiā præcurſorem deſtinatus, hanc ob cauſam materno in utero fuit ſanctificatus: Apoſtoli ſegregati, qui Ec-clesiæ illius forent Principes, Euangeliſque præcones, gratijs ac mirabilibus replete cœ-litus ſunt: vt enim loquitur Apoſtulus, *Pri-miſas*

B[ea]tificia S[an]cta.

2:Cor. 3. 3.p. q. 27. art. 4.

mitias spiritus acceperunt. Virgo ergo cum ab omni aeternitate in Filij Dei matrem praestitata fuerit, an non, quo tanta dignitatis capax ac propria redderetur, Deus illam ita huic preparasse censendus est, ut omnigenis illam gratijs donatit, quin imo, in conceptione praesertim, ab omni peccato protegeret. Ratione huic robur addit Diuus Anselmus dicens, *Decuit, ut conceptio illius hominis de matre fieret purissima, & tanta puritas nitaret, qua sub Deo maior nequeat intelligi.* Et **Cyrillus Alexandrinus** libro contra Nestorium, in intemperata hanc Virginem adeo iniurium ac blasphemiam, ait, ad dignitatem & honorem, ad quem illa diuinitus vocata erat, respectu habito, insignem tenueritatem, addo & impudentiam intolerabilem fore, eam peccato obnoxiam fuisse audere assertare.

Siuus & quartae sit locus. Non minus propositionibus illis sacris è litteris de promptis, quibus omnes peccato obnoxij esse dicuntur, repugnat gloriosem Virginem sanctificatam fuisse, dicere, quam à peccato eam immunem seruatam credere. Absolute namque Apostolus & generaliter, *Omnies nos filios iræ, id est, peccatores, nasci ait.* peccatum namque Deo nos reddit exosos, diuinæ iracundiae in nos flagella acuit, non autem nos omnes iræ filios concipi, facentur quide n omnes gloriolam Virginem iræ filiam natam non esse, imo nec Ioannem Baptistam, nec Ieremiam, nec alios, contra generalem illam Apostoli sententiam; quid obstat igitur, quo minus illam iræ ac maledictionis filiam conceptam fuisse negemus? Accedit, quod in propositionibus illis generalibus non tantum effingere generalitatem necessitatis sit, quin aliquis exceptioni sit locus, multa enim in sacris voluminibus sunt loca, quæ quandam primæ fronte vniuersalitatem præferunt, non tam late tamen, ac sonant, extendenda sunt, ut ille Isaiae, *Videbit omnis caro, quod os Dominus locutum est.* & ille Apostoli, *Omnibus omnia factus sum, ut omnes crucifacerem.* & ille alius, *Omnis quæ sua sunt, quarunt;* quæ tamen certo est certius de omnibus hominibus intelligenda non esca.

Ad quintam iam veniamus. Gloriosa Vir-

go Maria numquam fuisse ea, quam oportebat esse illam, que in Dei matrem electa erat, si vel veniale vel suum commisisset delictum, nam hoc tali illam indignam dignitate reddebat, ut in Summa docet D. Thomas, & in **1. Sententiarum**, ergo, si originali peccato inquinata fuisset, multo etiam fuisse indignior, quod sic probo, peccatum veniale animam itæ filiam non constituit ut originali. Adhac anathema Concilium Tridentinum dicit afferentibus Deiparam vel venialiter Deum ante filium Dei conceptum offendisse, impium enim foret dicere Deum à matre, quæ veniale noxiam aliquando contraxisset, carnem lumpusse. Cum ergo originale delictum longe veniali sit deterior, illud ipsum matrem hanc multo indigneum fecisset, atque ideo inferendum est, numquam permisisse Deum, ut in labe originaria Virgo haec conciperet.

Quam inquam absurdum foret, filio sanctissimo matrem obtinere, quæ non sancta, sed peccatrix foret? Vix, in qua manna asseruabatur, aurea vt foret, in Exodo præcipitur. **Exod. 14.** Summus item Sacerdos in Leuitico parentem habere, utrumque iubetur nulla sequiore labe inquinatos. Simulacrum Da-gō in eadem qua arca foederis ara statuit non poterat. Quibus omnibus figuris declaratur, quod ubi verum foret manna, **Exod. 14.** summus Pontifex, & vera Testamētū arca, Iesus Christus, ibi omnia gratia inaurata, virtus carere, ac sine peccati idolo omnia esse debent. Huc facit, quod in Matthæo circa Ven. Eucharistiæ institutionem lego. **Hanc ergo** Redemptor instituturus, in pane fermentatio consecrare noluit, eo quod fermentum corruptionis sit symbolum. Sed cur, Domine, peracta iam consecratione non panis subtilia, **Ioh. 6.** sed sola accidentia remanebunt? Noluit **Matthæo.** scilicet vel sola panis corrupti accidentia permanere, sed o bone Iesu, haec te accidēta non taugent? Verū quidē est, inquit, sed quoniam ea velut cortinae ac velamina futura sunt, sub quibus delitescā; nolo ibi vel panis corrupti accidentia remanere. O ineffabilē magni huius Dei puritatē! quā nulli peccati corruptio est exola! si permittere noluerit vel nuda-accidentia, quæ ipsum aucturam quidem erant, in augustinissimo hoc **Sacra-**

Sacramento remanere, credemusne sacram
hanc Virginem, quæ ei a deo futura erat vici-
na, ut illius futura sit mater, & illi è carne sua
paratura corpus, à fermento peccati vñquam
corruptam, & paucis vt dicam, peccatum
fuisse?

Ianua templi Salomonici ex olea fuisse fa-
bricata testis est Scriptura. arbor hæc semper
pacis ac misericordia symbolum fuit, ynde il-
lud Poetæ:

Aduuat in bello pacata ramus oliua.

Designabat hoc ianuæ tum, sacratissimæ huius
Virginis, quæ nostræ redempcionis futura erat
ianua, conceptionem, nonnisi gratiam, fau-
orem, & misericordiam fore, atque opus omnigenis
privilegijs decoratum. Quoniam vero
præcipue hoc spectabat redemptio, ut à pecca-
to penitus redimeremur, æquum erat, eius ut
initiū & opus primū ab omni peccato liberum
fore, ac consequenter, ut Virgo nostra planè
puta conciperetur. Sed in nostris rationibus
pergamus.

Sextam hanc statuamus. Virgo hæc à com-
muni & generali illa in homines lata quoad
corporum post mortem corruptionem, & in
cineres reductionem sententia, quæ in libri
Genesios initium his relata est verbis, *Cinices,*
& in cinerem reverteris; exempta & excepta
fuit. Nam vniuersale hoc statutum illudens &
superas confessum à morte, ut p[ro]p[ter]e credit Eccle-
sia, resuscitauit, & in celos cum anima simul
& corpore assumpta est, nullam aliorum ex-
emplo corruptionem passa, nec in cineres con-
ueria. Ergo longè rationi videtur conuenientius,
eam simu[m] & ab omni animæ corruptio-
ne, quæ peccato fit, præseruatam fuisse, & a fe-
tali & languinolenta illa lege, quæ omnes ei-
dem mortales subiicit. (*In quo omnes peccau-
runt, &c.*) exemptam. Si vero corpus à corrup-
tione naturali, contra vniuersale de reatu in
omnes latum, immune pertinuit, quid ni &
anima ab inquisitione peccati, singulari pri-
uilegio, contra aliam illam legem vniuersalem,
omnes homines eidem obnoxios reddentes,
præseruari queat? Hoc sanctus Anselmus e-
gregia confirmat similitudine. Si quando, in-
quit, regi aliquod construendum est palatium,
arenosum, spongiosum atque infirmum ei-
dem fundatum non feligitur, sed vel rupes
aliqua aut terra solida. Cum ergo Spiritus

sanc[t]us Virginem hanc elegerit, quæ filij Dei
vñgeniti domicilium ac regia foret, creden-
dum est, illum aliquam illi humani generis
ruinæ, id est, peccato minime obnoxiam sele-
gisse: ecquæ enim ab hoc ædificio sperari soli-
ditas aut firmitas poterat, si lapsi, corruptioni
& ruinæ huic fuisse expositum?

Iam ad septimam ac prostremam venia-
mus Scotus Doctor ille subtilis illa Pauli ex I. In 3. sene

ad Corinthios ep[istola] verba, *Vnus mediator d[omi]n[u]s. 3. q[uestio]n[u]e 2.*

Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui nos

*liberavit à morte, exponens, hoc format argu-
mentum: Cum Christus perfectissimus fuerit
Redemptor, uti Apostolus docet, conueniens
& æquum erat, eiusque honoris vel maximè
intererat, ut quām perfectissime velynam re-
dimiceret animam: neque enim præclarus ac
præfans ille habetur opifex, qui non opus ali-
quod eximium vñquam arte sua efformarit.
Quia autem Christus nos ratione liberavit, per-*

*fectissima ac præstantissima haud fuit, redemis-
nos quippe iam in captiuitatem abductos, &*

compedibus constrictos. Notandum portio du-

*Duplex re-
plicem esse redemptio[n]is modum: primus est,*

dum in libertatem afferitur, qui iam in carcere

*& vinculis gemit; alter vero, quo quis redimi-
tur, antequam in eundem abripiatur. Atque*

*postremus ille multo est prior nobilior ac per-
fector. Et maius aliquis sibi beneficium puta-*

bit conferri, qui iam tam à iustitiae ministris in

vincula compingendus à quopiam hac poena

*eripitur, & ab omni infamia ac probro immi-
nenti vindicatur, quām si, post hanc ignomi-
niam, careeris ingressum, nomnis delationē,*

*compedum ac manicarū p[er]p[ec]tionem, tū de-
mū liber dimittatur. S. Augustinus à corpori-
bus hoc ad animas transferens, multo id esse cē-*

set illustrius, ait ergo, Maior gratia fit illi, qui Super Ge-

conferatur in innocentia, quām cui remitti ne[m] ad la-

tur culpa. Testatur hoc ipsum & Scriptura, & teram.

*David in primis dicens, Eruisti ex inferno ani-
p[er]missam meam. Constat autem Prophetam in*

inferni abyssum detrusum minimè fuisse: sed

hic verborum eius est sensus: Ecquæ mea erga te obligatio est, Domine: animam meam

iam in tartara præcipitandam præseruasti,

& à poenis sempiternis vere vindicasti.

*Hoc etiam sensu exponit D. Hieronymus Abra-
hami liberationem de Vi Chaldeorum,*

qui frater eius viuus deflagratus. Hoc ergo

Bbbb b libe.

liberationis genus, antequam quis poenam su-
beat, cum multò sit præstantius, necessarium e-
rat, vel honoris sui tuendi gratia, Iesum Chri-
stum, ut perfectum se Redemptorem ostende-
ret, hocce redimendi genere vel vnam ani-
mam redimere, & præclarum hoc ac diuinum
opus quoad redemptionem operari. In quam
porro animam hoc potius conferendum erat
munus, quām suā gloriōsā matris. Cū ergo
id facere debuerit, id ipsum fecisse credendum
est, atque ideo sanctissimam hanc Virginem
sine originali laba conceptam fuisse.

Prou. 17..
1. Reg. 10..

Quis hoc verū in contioueriam vocet, Il-
modò honorem, quem matri filius hic debe-
bat, perpendat: & quantæ illi futurum fuisset
infamia, si huic igit delicto obnoxia existi-
fet: iuxta illam Salomonis sententiam, *Gloria*
filiorum patres eorum: Saul quoque filium o-
naibam insigni contumelia ac probro notare
volens, matris illi delictum obiecit, vocauitq;
filiū mulierū ultra curum rapientis. Et sane
semper parentum delicta filiis exprobantur.
Minime autem credibile videatur, passurum
fuisse Dei filium, carissima sua vt mater igno-
riam hanc subiret, quæ sibi deinde infami-
am, verecundiam & probrum perpetuum at-
tulisset; passurum inquam, propria vt mater
peccato commacularetur, & diaboli mancipiū
constitueretur. Veterum historiarum produs
monumenta, Teutonibus ac Cimbris aduer-
sus Romanos prælio decertantibus, animos
suum ab uxoribus hac commonitione ad-
ditos, *Eia viri pugnate fortiter, vincite, ne nos*
Romanorum captiuas videatis. Qui hanc bar-
bararum adhortationem rei sacrae adaptare
voluerit, persuadeat sibi, quanto Dei filium
fuerit æquius ac conuenientius omnia mā-
tiae infamiam aucterere, & in conceptione eius
confli. Et contra peccata per miracula decerta-
re, vt ne illam Satanæ immanis, barbari & im-
matis aduersarij mancipium ac captiuam vi-
deret.

Post tot ergo egregias rationes allatas, post
tot figuræ ac iacula testimonia, de prompta cō-
cludamus necesse est, nulla ratione credendum
videri, imòne cogitandum quidem sacratissi-
mam hanc Virginem huic fuisse discrimini
expositam ipsam, inquam, Dei matrem, An-
gelorum dominam, vniuersi totius reginam,
quæque plures sola in se perfectiones ac meri-

ta, quam simul sancti omnes, complectitur.
Quo allusisse Parœmia isten censeo dicentem,

*Multa filia congregauerunt sibi dinitias, tu in-
pgressa es uniuersas*. Quin & huius rei figura
in Exodo occurrit. Tabernaculi quippe con-
structionem cūm indexset Deus, Principes o-
mnis tribuum ac populi Duces ad ipsum con-
sciendum donata præcepit offerre. Quo emi-
nus signo præsignabatur, ad Virginis huius
verti tabernaculi Euangelici perfectionem, Pa-
triarchas omnes. Prophetas ac sanctos suas
velut in symbolam virtutes ac merita collau-
ros, & ipsam cū uirginis aliquod regale at-
que aureum fore, omnigenos in se numeros

complectens. Nec id sanè mirandum est, cūm

in Dei illa matrem electa fuerit.

David Rex enormes, quas in templi illius *I. Psal.*
splendidi constructionem futuram expensas
fecisset, recentens, & populum ad liberaliter
necessaria suppeditanda exhortans, ne cui id
nouum & mirum yideretur, hanc ijs caulam
tantorum sumptuum reddebat, *Opus grande*
est, neque enim homini preparatur habitatio,
sed Deo. Idipsum hodie mihi repetere licet, ac
præmonere vos, ne cui vestrum mirum aut
nouum videatur, si ad cōf. in Virginem hanc
liberalem, munificum, effulsum ac prodi-
gum D̄ḡ s̄ ostenderit, si tot in illam gratias
accumularit, tot prærogatiwas in illam con-
tulerit, ac præseruit si sine originali laba con-
cepta fuerit: Opus enim grande erat, neque
homini preparabatur habitatio, sed Deo ter-
maximo.

Sed plura haec dē te non dicemus; erubescant
solammodo eius aduersarij, qui eam peccati-
cem statuant, qui tam sinistre de ciuidem me-
ritis loquuntur, honorem eius ad cōcupi-
t denigrant, de priuilegijs illius contioueriam
mouent, conceptionem eius sanctissimam fo-
dissimis originariæ labis maculis confusant,
denique innocentia eius irra tam indignè
blasphemique calumniantur, iterum dico eu-
belfcant & pudore suffundantur, quod Turcis,
Saracenis, ipsis etiam Ethnicis deterrit iudi-
cent. Refert siquidem in varia historia Aelias
nus, Alexandrum Mācedonem, cūm Ephesini
Apellis pictoris celeberrimi officina suisplus *Liber*
equo insidentis imaginem depictam conspe-
xisset, initio quidem, longè alia animo volu-
tem negotia, & nihil minus quam de picturis
iollis.

sollitum, eam parui pendisse: donec tandem quidam de comitatu equis tabulam hanc & in ea equum conspicatus, viuentem eum cœlatus, adhinnire, subsultare, eliosque applaudens gestus edere coepit. Pictor inde prauum Regis iudicium lugillare ortus exclamat, Dij immortales, animalia hominibus longe præcellunt, sincerius que de rebus dijudicant. Hoc pictoris responsum in hæreticos & parum Religiosos Catholicos tam prauè de Virginis huius conceptione sentientes, summo corum dedecore, retorquebo, B. stas scilicet infideles: ac Turcas hoc ijs nomine præstare, quod melius, maioriique cum reverentia, ac sanctius, quam ipsi de matre C H E I S T I honore loquantur & sentiant. In Mahometico namque Alcorano hæc in Virginis nostra commendationem legitur propolito. Nullus nascitur de filio Adam, quem non tangat Satan; præter Mariam & filium eius. Opudor, o dedecus, o hæreticos Turcis deteriores, o animas in Dei matrem Ethniciis ipsis iniuriosiores!

Vos vero, auditores, huic orationi finem imponens adhortor, & tum rationibus meis, tum figuris antiquis & testimonij sanctis, conturo, ut Virginis huius honorem propagetis; innocentiam tecumini, conceptionem eius sanctificetis, finis tamen de illa numquam aut sentiat, aut loquamini, vobisque, hoc illi ideo datum præiugium, quod Dei filii futura esset mater, vti hodierni Euangelijs præfert epiphomena, De qua natus est Iesus, qui dicitur Christus, persuadeatis. Illam hodie contemplemini, cuiusque pulchritudinem desirantes cum D. Anselmo exclamatione: O pulchra ad intuendum, amabilis ad contemplandum, delectabilis ad amandum, vulnera corda nostra amore pulchritudinis tuis. Omnimodis inquam pulchra, gratia plena & virtutibus, peccatis aut vitijs numquam coinquiata, & tuta pura concepta tota inquam pulchra, & pulchritudinem regina, à qua tot sui in primordijs mundus mutuatus est imágines, puta paradisum illum voluptatis, arcam illam Noc, scalam Iacobi, rubrum ardenter in deserto, Mosis virginem serpentes devorantem hæreticos, Aaronis virginem in conceptionis florentem nocte, arcam testamenti ē ligno compactam incomputribili, magnum Iisaiæ librum, portam illam

Orientalē visam Ezechieli, & hortum illum concludum: quibus omnibus figuris hoc efficitur, fuisse te omnium quæ vniuersaliter exfiltrare pulcherrimam, non aliorum ad instar iræ filiam; non ut reliqua Adami posteritas, peccato obnoxiam, non cruentis maledictionum vniuersalium decretis comprehensam; sed præ alijs prerogatiis donatam, à Deo inter omnes dilectam, solam contra vniuersalem omnium infelicitatem sine peccato conceptam. Tu Deum pro nobis peccatoribus obsecra virginem purissimam & immaculata. Tuque o Salomonis nostri mater, qua modò ad filij tui latutus gloriose confides, nostram monstra te esse matrem delictorum nobis in hac vita veniam, & gratiam, in alia vero gloriam, in qua omnis nostra beatitudine confluit, impetrabis, ad quam nos Deus in Trinitate & essentia unius, & in personarum numero trinus dignetur perducere. Amen.

IN FESTO S. THOMAE APOSTOLI.

Partitio³

- I. De consortio malorum fugiendo.
- II. De Thoma incredulitate & ingratitudine.
- III. De lapsu Sanctorum quorundam: cur & quomodo.
- IV. De S. Thoma conuersione quomodo atque.
- V. De eius rapto & clamore, Dominus meus, & Deus meus.
- VI. De seruatis Christi vulneribus.

Thomas unus de duodecim, qui dicitur Di-dymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Ioan. 20.

F I G V R A.

Acobi Patriarchæ filij duodecim ab itinere ^{Gen. 46.} Itinerantibus reducens, dum patri nuntiarent, filium eius dilectissimum Ioseph eti. munū superstitem esse, & in terra AEgypti regnare, vix ille credere præ gaudio poterat, ac somniū audire se existimabat, donec post aliquot ipse dies

B b b b b 3 suis